


Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes SolidiSeite 100 (Schilling))], About 1470-72



57

Turpe est mulieri coniugate, non desiderare vitum suum
Quanto turpius ecclesie non desiderare christum: Venit vir
ad carnales amplexus, et magnis votis caste pro
us accipitur, venturus est sponsus ecclesie ad traden
dos eternos amplexus, ad faciendos nos sibi sem
piternos coheredes, et nos ita vivimus ut eius ad
ventum non solum non desideremus sed etiam timeamus?
Qua vix est quod sic venturus est dies ille, quod in di
ebus non est, quam multos sic inuenturus est, et eos qui
crisiani appellant. Ideo per tot annos edificat archa
ut euigilent qui non credunt. Per centum annos ul
la edificata est, et non euigilauerunt ut dicerent, non
sine causa homo dei archam edificat, nisi quia im
minet exitum generi humano, et placerent iram dei
conferri ad mores qui placet deo quod fecerunt minuite
fecerunt enim fructum penitentie et propiciaverunt iram
dei: Annuntiavit iona non misericordiam sed iram fu
turam, non enim dixit triduo et minue evitatur, si aut
penitentiam in isto triduo egeritis parcat vobis deus
non dixit hoc: Cuiusmodi solam minatus est, et
penitentiavit, et tamen illi de dei misericordia non despe
rantes converterunt se ad penitendum, peccat deus. Sed quod
dicemus, quia propheta mentitus est: Si carnaliter
intelligas falsum videtur dixisse, si spiritualiter intelli
gas, factum est quod dixit propheta, evitata est enim minue: At
tende quid erat minue, et vide quia causa est: Quid
erat minue: Manducabant et bibebant, emebant